

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt I. De erroribus, qui Græcis attribuuntur, & de eorum confutatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

nisti quoties aduersus lupum, qui nunc te tuosque discerpit, dilaniat, devorat, cum maximis suorum copiis, ut te ab amicis tuis desertam defendereret, adcurrerit, adulterat. Reverte te in te tandem, revertere, & exemplo filij prodigi, vide quod in domo matris tuae abundant, tu autem fame peris. Prætendite, o beatæ mentes, quæ in cœlo degitis, pereuntibus lumen, conciliate illis gratiam divinam, robur cœlestis inspirate, misericordia errantium, misericordia percuntium: tum quia Græcorum schismati & vestigijs non contemnenda mundi pars inhæret; hujus enim sectæ & religionis sunt Moscovitiæ, Rutheniæ, & aliæ nationes: latissimè namque patent eorum ritus & fines: nam ab ortu Solis gaudent Constantinopolitano ac alijs tribus Patriarchatis; à Septentrione universo Moscovitæ Patriarchatu & Lituanitæ parte, hoc est, alba Russia & rubra; à Meridie Cypri & Creta, in qua 14. millia pagorum numerantur: occupantque alias quæplurimas gentes, præcipue verò Georgianos, quos Iberos appellant Cosmographi, qui omnes, exceptis paucis, qui Romanam Ecclesiæ venerantur, ut matrem, iisdem errorum tenebris implicantur.

Pro Græcorum igitur aliorumque Schismaticorum salute procuranda quatuor præstabilimus. *Primo* de erroribus, qui Græcis attribuuntur, de Schismatis origine ac confutatione dicemus. *Secundù* de ratione juvandi Græcos, aliasque Schismaticos, eosque ad fidem alliciendi. *Tertiù* in quibus rebus communicaçio cum Schismaticis, Catholicis à sacris Canonibus sit permissa,

## C A P V T I.

## De erroribus, qui Græcis attribuuntur, &amp; de eorum confutatione.

**G**raeco-rum erotes præcipui.

Præcipui Græcorum errores, qui illis à Concilio Florentino & alijs imputantur, quinarium numerum non excedunt.

*Primo*, negant Spiritum sanctum procedere à Pare & Filio.

*Secondo*, assertunt Sacramentum Eucharistia confici non posse in azymo pane, sed præcie in fermento; adeoque tenaciter inherent his duobus erroribus, ut inter alia perverba dogmata, propter quæ ab Ecclesia Romana descivere, hæc duo omnino præcipua, & veluti totius dissensio-nis capita fuerint.

*Tertiù*, docent nullum esse purgatorium locum, in quo animæ corporibus emigrantes purgentur à lordibus, quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipientur, & ex consequenti nihil prodesse defunctis sacrificia, elemosynas, & hujusmodi opera pia, quæ à vivis pro illis offeruntur.

*Quarto*, quod Sancti post hanc vitam ante diem judicij DEUM facie ad faciem non videant, neque ejus visione fruantur, nec peccatores ante eundem diem inferni supplicijs afficiantur.

*Quintù* errant, negantes Summum Pontificem Romanæ fidei Apostolicæ caput esse totius Ecclesiæ, ac B. PETRI Apostolorum Principis successorem. Concedunt ipsi quinque esse totius Ecclesiæ primarios, & præciuos Patriarchas, *Romanum*, *Constantinopolitanum*, *Alexandrinum*, *Antiochenum*, & *Hierosolymitanum*, & inter hos quidem Romanum ordinis quidem & dignitatis primatum habere, ita ut in Conciliis & alijs Conventibus primum locum in sedendo, sententiâ dicendo, suffragium ferendo, & subscribendo tenere debeat, sic tamen ut nihil juris & potestatis in alios quatuor, præcipue vero Constantinopolitanum habeat. Guido Carmelita & post ipsum Gabriel Palæottus de fœtis hereticorum, verbo Graci, multis alios errores Græcis attribuunt; licet Lucinianus

nus natione Cyrius, Ordinisque Prædicatorum *Lucinianus*. Theologus, pius & doctus apud Possevinum Tom. *Cypr.* *I. Biblioth. lib. 6. c. 8.* magnam prædictorum erro-*Domini-* rum partem fuisse Græcis impositam contendat, ut nos etiam obiter hic adnotavimus.

Ex mente igitur prædictorum Autorum errant Græci *primi*, affirmantes simplicem fornicationem non esse peccatum contra illud Christi Matth. 5. *De corde exiunt cogitationes mala, homicidium, adulterium, fornicationes, furta, &c.* quamvis Lucinianus, ubi *suprà*, excusat Græcos ab hoc errore.

*Secundù* errant Græci, cum dicunt eos, qui sunt aliquibus peccatis implicati, cum Eucharistiam suscipiant, non recipere corpus Domini, contra illud Apost. *Quicunque manducaverit panem, & bibet calicem Domini indignè, &c.* quibus verbis sa-*I. Cor. 10* tis ostenditur, quod peccatores verò illud sumunt, licet indignè, & quod judicium accipiunt, non di-*Matt. 10.* judicantes corpus Domini; licet Lucinianus falso hunc errorum Græcis imponi affirmet.

*Tertiù* primas nuptias admittunt, secundas damnant: in quo clare Evangelio contradicunt Matth. 10. & 19. Si enim alter conjugum mortuus sit, alter solitus est, ut iterum possit nubere. Sed Lucinianus negat damnari secundas nuptias a Græcis; fatetur tamen solere Græcos Sacerdotes in primis benedicere, sed non in secundis.

*Quartù* docent nuptiarum fædus posse pro conjugum arbitrio d'folvi & fieri divortium. Lucinianus tamen apud Possevinum, ubi *suprà*, affirmat, nunquam inter Græcos permisum fuisse di-*19.* vortium, quo licet novas querere nupias.

*Quintù* errant, affirmantes Latinos contra Apóstolorum præceptum non servare abstinen-*Ge-*tiā à sanguine & suffocato, non advertentes illud Apóstolorum decretum contra idoloium cultores latum fuisse, qui immolatum & idolatum edebant. Quare tantum illud servandum erit sicut & à Catholicis servatur, ubi conque inter gentes, quæ idola adorant, immolatio sunt. Porro illo Apóstolorum decreto tantum immolatio & non alia prohiberi docent gravissimi Orientalium Pa-*Greg.*tres, B. Cyrilus Hierosolymitanus in 4. *Catechesi*, B. Cyril. D. Grego. Nazianz. *Serm. in sanctum Pascha*, Justin. *Martyr. q. 45.* Origenes lib. 8. *contra Celsum*, & Naz. alii.

*Sextù* Mart. *Jub.* Origenes.

Guido  
Carmelit.  
Gab.  
Palæot.

Sextū assertunt Eucharistia Sacramentum, in die cœnæ Domini confessum, esse excellētioris virtutis & efficacitatis, quam alio quolibet die confessum. Hunc tamen errorem falso imponi Græcis Lucinianus quoque defendit.

Septimū errant Græci cū Sacramentum extremae unōnis infirmis quandoque ad corporis quoque salutem prodeſſe negant: id enim aperte pugnat contra illud Jacobi, qui de hoc Sacramento loquens ait: Et oratio fidei salvabit, vel (ut texus Græcus habet) sanabit infirmum.

Oīard, affirmare etiam Græcos refert Præteoros, ubi ſuprā, non esse peccatum date aliquid ad uſuram, contra illud Lucae & Maturum datenib[il] inſtituantes. Et quod deterius eſt, non esse necessariam rei furto ſublatæ reſtitutionem, ut quis poſſit aſsequi vitam aeternam: non animadverſentes, non tolli peccatum, niſi reſtituitur ablatum. Si quid ali-

Luca 19. quem defraudavi (inquit Zachaeus) reddo quadruplum. Hanc tamen eſſe calumniam appetit in Græcos doceat Lucinianus; nam apud illos aſſerit haec verè peccata censerit, atque ab eorum ſacerdotibus adigi paenitentes, ut reddant quod debent.

Nond, mortua Sacerdotis uxore, credunt Sacerdotem non amplius eſſe Sacerdotem, quaſi ab uxore & non a Christo per Epifcopum ſacerdotium ſuſcepſiſſer, vel character ſacerdotalis eſſet deſtitutus. Hunc tamen errorem Lucinianus Græcis imponi aperitiſſimè docet ubi ſuprā.

Dēcimū, errant Græci exiftimantes, non licere Chriſti imaginem ſculpi, ſed tantum depingi, non animadverſentes ſculptilia à DEO fuſile prohibita, ut Iudæorum animos pronos, ad idolatriam, ab eadem averteret: Orta vero jan Evangelij luce, ſcluso que idololatriæ periculo, licet hominibus DEI, Sanctorumque aliorum memoriam omnibus pijs modis ſive per imagines depictas ſive ſculptas excitare, & ad mentem revocare. Hi ſunt errores qui Græci ſolent attribui.

Adverſus Græcorum errores ſcripſerunt in pri-  
misipliis Ecclesiæ Græcæ viri doctiſſimi, Ema-  
nuel Caleta, Patriarcha Constantinopolitanus,  
Georgius Protosingelus, Theodorus Gaza, Geor-  
gius Trapezuntius, Beſſarion Cardinalis Nicæ-  
nus qui & poſtea fuit Patriarcha Constantinopo-  
litanus. Et præcipue Georgius Scholarius (deinde  
vocatus Gennadius cum Patriarcha Constantino-  
politanus nominaretur) qui cum Synodo Floren-  
tina cum alijs Græcis adiūſſer (ubi omnes de suis  
erroribus conviūti ad Ecclesiæ unitatem redacti  
ſunt, poſtea verò retroſum abeuntes omnes ad  
vomitum reverſi ſunt) eleganter Græcorum ero-  
res conſutavit, eorumque calumniis contra Eccle-  
ſiam Latinam obiectis doct̄ & pie rēpondit: cu-  
jus opera verba in Latinam lingua habentur  
Tom. 4. Bibliotheca SS. Patrum.

Anſel. Ex Latinis verò D. Anſelmus Archiepifcopus  
Cant. Rab. Cantuar. in Opus. de azymo, Rabanus Maurus de  
Maur. Inſtituione Clericorum li. 1. c. 31. de Sacramen-  
to corporis & ſanguinis Domini, Hugo Etherianus  
Hugo adverſus errores Græcorum ad Alexandrum ter-  
tium Pontiſtrę Maximum libris tribus, qui ha-  
bentur Tom. 9. Bibliotheca Sanctorum Patrum,  
Chrisol. & Chrisolani Mediolanensis Archiepifcopus de  
Mediol. Spíitu ſancto, S. Tho. de Aquino Opus. 1. & 2. con-  
tra Græcorum erores, & omnes ejus expoſitiones  
S. Tho- in primam partem in quaſt. celebri de proceſſio-  
mas, Card. ne Spiritus ſancti, Cardinalis Turrecrem, in Expo-  
Turre. ſitione decreti de unione facta in Synodo Floren-  
tina, & noviſſimè licet breviſter Antonius Poſſe-

vinus vir pius & doct̄ in ſua Moſcovia, Azorius Ant. Pos-  
2. Tom. Inſtitut. Moral. lib. 4. cap. 14. Et potiſſimum, ſevi. Azo-  
ut alios nunc omittam, ſacra Synodus Florentina, rius.  
ubi Patres doctiſſimè Græcorum errores conſu-  
tarunt, eisque paenitentiam, & obedientiam Ec-  
clēſia Romanae praefandam perſuaderunt, facta-  
que unionis Bulla ab Eugenio IV. Pontifice Maxi-  
mo Græci diſceſſe, cum tamen neque ab iſis,  
neque à Latinis, tunc fuſſent apud Græcorum na-  
tiones, neque Concilij Florentini decretā, nec  
unionis Bulla publicata, quod cauſa fuit, ut Græci  
ſicut & antea in suis erroribus petmanerent.

## CAP V T II.

De origine errorum & ſchismatis  
Græcorum.

**D**icam nunc breviter de origine ſchismatis Græcorum. Dum Orthodoxa fides in Oriente vigebat, Græci primatum viſibilis hujus ac militantis Ecclesiæ PETRO Apoſtolo, ejusque ſucceſſoribus fuſile à Christo Domino collatum, facile credebant, & confitebantur, ut latius probat Cardinalis Bellarm. lib. 2. de Roman. Ponif. in Contraſteria de Summo pontifice. Quare in Conciliōrum confirmatione neceſſariam Romani Pon-  
tificis auctoritatem agnoſcebant, & cum vel ab hereticis, vel ab iſis Imperatoribus Patriarchæ ſive Epifcopi aliquia afficiebantur iuſtria, ad Romanam Sedem, ut defenderentur conſu-  
gabant.

Quinimò ex toto terrarum orbe ad eandem  
veluti ad Petri Sedem Epifcopi de rebus fidei, aliiſque gravifſimis quæſtionibus ſcribebant: atque ad eisdem Pontificis maximi iuſtum vel cogebat Concilia, vel coacta petebant, ut confirmaren-  
tur. At cum Constantinus Magnus Imperij ſuſeſſe  
Bizantium translata, Romam Christi vicario ce-  
ſiſſer; Græci terreni Imperatoris praefentia inflati  
anno Domini 381. Epifcopum Constantinopolitanum, qui antea nec Patriarcha ſuſeſſe munere fun-  
gebatur, tribus Orientis Patriarchis anteponere,  
& ſecundum à Romano Pontifice facere voluēt,  
ſicut ex Concilij Conſtanſinopolitani Canon. ſ. patet. Nec hoc quidem contenti, anno Domini  
451. eundem Constantinopolitani Epifcopum  
Romano Pontifici parem eſſere conati ſunt, ut  
ex A. 16. Chalcedonensis Synodi conſtat. Prope  
verò annum 600. Epifcopum Constantinopolitanum Oecumenicum, id est, orbis terra Epifcopum ſive universalem Pastorem auiſi ſunt nomina-  
re. Ac denique anno 1054. (ut ſuperbia ascendiſſet  
ſemper) apertrum ſchisma prodire coepit, adeo ut  
ſolum antea ſemina jacta viderentur: imperante  
enim illo tempore Constantino Monomacho,  
Patriarcha Constantinopolitanus nomine Mi-  
chael, cupiens re ipſa universalis fieri Patriarcha,  
eius dignitatibus nomen jam dūd im ſibi usurpare-  
rant ejus predeceſſores, proclaimare capiſt Roma-  
num Pontificem, omnesque alios Launos eſſe ex-  
communicatos, ob hanc cauſam, quia Spi-  
ritum ſanctum à Patre Filioque procedere al-  
ſerent, & contra decretum Concilij Nicæni  
in Symbolo illud Filioque addiſſent. Romano autem Pontifice de prima Sede ejecto, ad  
ſe primam Sedem iure pertinere, quia post  
Romanum primus eſſet, aſcerbat. Haec fuerunt  
Græcorum ſchismatis ſemina: ſed quia ex-  
cæci tumore ſuperbia ordinem à Christo inſi-  
tutum